

## **Cartulaire manceau de Marmoutier, Tome Second, Mayenne, Nr. 22**

Ego Wido, Cenomannorum episcopus, concedo monachis Majoris monasterii qui morantur apud Meduanam presbyterium ecclesie de Comet et cetera quecumque in parrochia ejusdem ecclesie possident, eo modo ut ipsi monachi episcopo Cenomannensi, sive ministris ejus, per singulos annos duos solidos cenomannensis monete reddant, salvis ceteris consuetudinibus que ex eadem ecclesia singulis annis reddi consueverunt, sinodum videlicet et circadas.